

sancti UrsMari scandunt reclamaturi, creditur, nec vana spes est, nunquam insultum iri. Experti sunt hoc plerique, et sero licet ingemuere. Nimurum locum, quem rexit corpore vivens, tueretur meritis, cum Christo regnans et in ipso gaudens.

43 ⁵³⁷ Presbyter est quem Osingerum nominant ⁵³⁸, qui ita paralisi erat dissolutus, ut cervix in ipsa junctura resiliret ⁵³⁹. Quid dicam, quod loqui non poterat, cui omnium membrorum officia, solo spiritu anhelante, defecerant. Hic in hac valitudine annum explens, alterius solatio, elemosinis fidelium sustentabatur. Jacebat autem in villa Fleon dicta, cui vicinā ⁵⁴⁰ est illa nativitatis sancti ⁵⁴¹ UrsMari ministra, in qua erat ecclesiola lignea, quam ferunt eum propriis manibus compaginasse et in praedio suo dedicasse. Quadam die euntibus quibusdam cum planstris in Augusta Viromandorum (132) mercandi gratia, rogavit virtute qua poterat, ut superpositus plaustro ad supradictam ecclesiolas duceretur. Factum est. Positus est in ecclesia ⁵⁴², et ibi pernoctavit. Mane autem facto, voluit temptare, consesus de Dei misericordia et sancti UrsMari interces-

A sione, utrum per se in ipso grabato posset sublevatus residere. Fecit, miratus est rem. Deinde paulatim reviviscendo, viribus in membris resumptis ⁵⁴³, erexit se, et ambulavit, gratias agens Deo et patrocinatori suo. Nos postea frequentibus ejus missarum celebrationibus usi ⁵⁴⁴ sumus in eodem loco. Sanus ipse de reliquo, præterquam cervix quæ resilierat ⁵⁴⁵ parum retorta videretur, puto propter commemorationem tam mirifici beneficii, ad populandum omnibus, quantum valeat in conspectu Domini meritum sancti sui.

44. Retulit isdem presbyter nobis, quod ⁵⁴⁶ quædam die in ipsa ecclesia, cui in recompensatione beneficij jam dicti deserviebat ⁵⁴⁷, dum ⁵⁴⁸ missas ageret, lecto evangelio, vas quod consuetudinaliter B juxta altare cum vino pendebat, in calicem versat, sed vinum ita congelatum erat, ut nec gutta profluueret. Dat vasculum clericom ministranti, ut glaciem igni resolvat; ipse interim officium percelebrat; dum tardatur, ille respexit ad calicem, qui plenus vino inventus est, adeo ut pene excreceret

VARIÆ LECTIONES.

⁵³⁷ hæc capita apud Dach. supra 35 et 56. ponuntur, in 3, vero ante cap. 24, leguntur. ⁵³⁸ n. sed et hic adhuc superest 3. ⁵³⁹ resilieret 4. ⁵⁴⁰ vicinia? ⁵⁴¹ s. u. desunt 4. ⁵⁴² ecclesiola 5 Dach. ⁵⁴³ reviviscentibus membris mirum dictu erexit 3. Dach. ⁵⁴⁴ fructi 3. Dach. ⁵⁴⁵ resilierat 4. ⁵⁴⁶ quia dum 3. ⁵⁴⁷ i. d. d. desunt 4. ⁵⁴⁸ deest 3.

NOTÆ.

(132) St. Quentin.

ANNO DOMINI DECCCXCI.

ERKEMBALDUS

ARGENTINENSIS EPISCOPUS.

NOTITIA HISTORICA IN ERKEMBALDUM.

(Gall. Christ.)

Erkembaldus a pueri litteris humanioribus apprime excultus librorum semper studiosus fuit. Promotus ergo exigentibus meritis an. 965 ad episcopatum Argentinensem, cum jam, ut diximus, successoris esset coadjutor, inaugurarunt a Guillelmo archiepiscopo Moguntino, inde præsumul 47 ipse consecrator, inter quos duo Moguntinenses archiepiscopi Hallo. et Ruperti numerantur. An. 966 Altiorum consecravit ecclesiam. Eum Joannes papa XIII summis laudibus effert in epistola, qua illi sedis apostolice protectionem in omnibus spondet. Neque minori fuit in pretio apud Ottonem II imperatorem, a

C quo sui regiminis anno 47 insigne privilegium obtinuit datum anno 982, indict. x, octavo Idus Januarii, anno imperii ejus decimo quinto, regni autem 25. Illud recitat R. P. Laguille in Probationibus historiæ Alsatiæ pag. 25. Vitam clausit Erkembaldus an. 991, vi Idus Octobris ex chronographo Saxonæ apud Ecardnum, pag. 363 et ex Necrol. Fuldeni, ait. Numerus auctor proxime laudatus. Plurimorum ex antecessoribus vitam descripsit metrico sermone, quod opus una cum libris undeque collectis in bibliothecam ecclesiae sue concessit.